

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rudolph Redecker

**Heinricus Rudolphus Redeker/ ICtus & Assessor Acad. Rostoch. ... Ad
Disputationem Inauguralem De Exceptione Senatusconsulti Macedoniani, a Viro
Clarißimo Jacobo Lembken/ Rost. conscriptam, & ... XII. die Sept. habendam ...
invitat**

Rostochii: Kilius, 1672

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741508699>

Druck Freier  Zugang



Erläuterungen

R U. für 1672

Heinr. Rud. Redeker, Prof. Dr.
Jacob Lembke, Reg.

Mit Progr.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn741508699/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn741508699/phys_0002)



X.143.

12.

HEINRICUS RU- DOLPHUS ~~Redeker~~

JCtus & Assessor Acad. Rostoch.

nec nou Ampliss. Facult. Jurid.p.t.

Decanus,

Ad

Disputationem Inauguralem

De



EXCEP^TIONE SE- NATUSCONSULTI MACEDONJANI.

VIRO ^à *Clarissimo*

JACOB^O Lembken / Rost.

conscriptam,

&

In Auditorio majori XII. die Sept. habendam,
**Magnificum DN. Rectorem, Excellentissi-
mos Dominos Professores, Amplissimos omnium or-
dinum Doctores, omnesque Litteratos & Litterato-
rum Fautores, officiosè & amanter invitat**

ROSTOCHII, *1672*

Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. Anno 1672.

Salutem!



Omitius Ulpianus, ex Phænice Syriæ urbe oriundus, quem Imperator Diocletianus Virum prudentissimum, l. n. C. de Quæst. Justinianus in l. ult. C. de insit. & substit. disertissimum, &c in l. un. C. de Caduc. toll. summi ingenii virum, Scævola autem & Paulus, J. Ctorum lumina clarissima, Coriphæum juris reconsultorum vocant: quique summam juris peritiæ, post Papinianum, cuius in suspendâ juris scientiâ auditor discendi cupidus, in officio, summæ apud Romanos dignationis, successor maximè idoneus fuit; ejusdemque, ob justitiae incorruptum amorem, fati exitum consecutus est, imò, ex generoso Severi Alexandri romanorum principis, pace belloque alias optimi, judicio, cujus tamen vel jussu vel conniventia, propter juris justitiae que severitatem, à militibus prætorianis, quorum præfectus erat, miserè interfectus, parens audit l. 4. C. de loc. cond. & omnes dignitatum gradus superavit, adeoque fidem meretur plenam, quod principalis Majestatis observator strenuus, & iurium imperatoria dignitatis acerrimus defensor fuerit, in lib. XVI. ad Edictum, quorum, inter coetera eximia jurisprudentiae volumina, octoginta tres scripsit, hanc, in auctoritatem romani senatus, quam Imperator Justinianus in l. giff. dell. probavit sententiam, ex rerum argumentis, proposuit regulam: NON AMBIGITUR SENATUM, sc: romanum, IUS FACERE POSSE. Ne autem id, vel in præjudicium imperatoria dignitatis, vel in reipb. romanæ proniorem affectum, à tanto juris justitiaeque sacerdote, & aulae ministro dictu videatur, magnam hujus adserti certitudinem, tūm ex composito à divo Justiniano jure, tūm ex rationis consensu, colligere habemus. Siquidem Imperatores Theodosius & Valentinianus expresse, in constitutione ad Senatum Rom. scripta, voluerunt, & humanum, in l. 8. C. de LL. probarunt, ut, si quid de cœtero in publicâ privatâe causâ emergerit necessarium, id ab omnibus, tām proceribus sacri palatii, per quos consilium aulicum indigitant, quām gloriofissimo cœtu, scilicet Senatus romani, quod Collegium Patrum conscriptorum nomine, quasi in Senatum adscriptorum & allectorum, pristino honoris affatu, decorat, tractetur: & si universis placuerit, & omnes consenserint, tunc demum in sacro imperatorii numinis consistorio recitetur, ut uni-

universorum consensus serenitatis auctoritate firmetur. Quod idem Imperatorem Probum constituisse, ex Vopisco, refert Cujac. in tit. Cod. de Senatuscon. Imperatores etiam Gratianum & Valentinianum in eandem ivisse sententiam, ut Senatusconsultum perpetuam per se obtineat firmitatem, & si quisquam quid contra eliciendum tentaverit, tertia patrimonii parte multetur, & damnatus ambitus criminis maneat infamis l.un.C.de Senatuscons. Ipse etiam Augustus Octavius, ut Svet. in ejus vita c. 33. refert, per binas lectio-nes, restitui Senatum suo pristino splendori, & aumerum inordinatum circumcidit jussit, quod etiam probat Dion. Caſ lib 54. Quæ omnia, à Diyis Romanorum Principibus, saluberrime constituta, Imperator Justinianus, in æternum valituro judicio, comprobavit arg. Conſtit. de Justin. Cod. Conſirm. §.3. Hoc siquidem Imperatori propositi judicium inde suum robur habet & indubiam meretur fidem: tūm quia p̄fatum responsum Ulpiani, ex veteri prudentiā romanā de promtum, in pandectas retulit, & inter cetera, omnibus uno dignitatis apice impertito, & unā potestate omnibus indultā, suum fecit l.2. 3. C. de V. J. E. tūm quia ipsos titulos in Pandectis & Codice Senatusconsulti rubricā notavit; tūm quia, inter scripti juris species, ne quicquam sequiori loco, ponuntur § Cta §.5. Inst. de J.N. G. & C tūm quia Antecessorum suorum constitutiones ideo Codici inseri jussit Inst; ut illarum constitutionum, quas ipse promulgavit, vim potestatemve haberent; tūm quia ipsi Imperatores in ordinem & numerum Senatorum se referri passi sunt, per l. 8. C. de dign. tūm quia optimus hic Imperator novit summam reipb. utilitatem & salutem inde maximē dependere, si viri prudentes in consilium vocentur. Hinc Cicero: Senatus, inquit, dominus est publici consilii. Senatorum enim & Senatores, à senectute dici, nemo est qui ignorat, in senectute autem magna consilii vis reposita censetur. Nam, ut optimē scripsit prudenterissimus Isocrates, experientia, & rerum multarum usus, senes erudit; atq; officit, ut, quid expedit, acutiūs, quam alii, proficiant. Et Livius: Fervorem & audaciam etatem cottidiè afferre: consilium autem in dies crescere, senescentibus vitiis, maturescere estate. Hoc animadvertisens Romulus, qui, inter Reges primus nomen, vastissimo illi imperio, quod hodienum Romanum vocamus, tribuit, ab initio Senatum instituit, & quidem centum viros, quos ex auctoritate Patres, ob etatem Senatores vocabat, ut pluribus ostendunt, Florus, Livius, Halicarn. & Plutarchus, eoque alludit Ovid.

Nec nisi post annos patuit tunc curia seros.

Nomen & etatis rite Senatus habet.

Et Theodericus Rex Gothorum, conuentum Senatorum, ait, dignitatem esse imperantium, apud Caffiod. lib. 1. Ep. 3. Mansit autem illa auctoritas vel

pote-

potes^tas Senatus roman*i*, non tantum imperantibus reliquis Regibus romanis
quippe qui in consulto Senatu nihil facile decernebant, sed etiam post ejectos
illos. Nec unquam illustrior aut major Majestas Senatus fuisse videtur, quam,
ut loquitur Pomponius in l. 2. §. 9. de O. J. cum difficile plebs convenire c^apit, po-
pulus difficultius in tant^a turba homin^ū: necessitas ipsa curam reipb. ad Senatū
deduxit; & ita c^apit Senatus se interponere: & quicquid constituisset, obser-
vabatur: idque jus appellabatur Senatusconsultum. Quod nihil aliud deno-
tat, quam ordinis Senatorii, ex quo apud Romanos diversi constituebantur
magistratus, decretum atque constitutio; unde in §. 5. *Infl. de I. N. G. & C.*
dicitur jus, quod Senatus, cum ita auctus esset populus romanus, ut æquum-
visum sit, Senatum vice populi consuli, quatenus penes patres conscriptos
illa erat potestas, ut posset propriâ auctoritate jus condere, constituit. Quoniam autem Senatorum à Romulo centum, à Bruto Consule ducenti, creati
sunt, Cæsar autem ætate nongentos fuisse testatur *Dion. Caß. lib. 43.* inde
Rosin. *de antiqu. rom. l. 7. c. 5. & 7.* & Tholos. in *Syntagm. Jur. l. 47. c. 25.* probant,
400. Senatoribus præsentibus, cum alias centum vel ducenti sufficerent, ali-
quando debuisse fieri Senatusconsultum, ut de ejus ratione, prudentiorum
sententiâ & opinione firmata, eò magis constare possit & juris robur obtine-
re queat. Huic tamen numerum Augustus, cum promiscua turba eo con-
flueret, minuit *Dion. Caß. l. 54. in fin.* Cæterum cum tres essent Senatorum
ordines, Patritii, qui à centum illis Patribus, quos Romulus constituit,
quosque ab ætate & prudentia Senatores dixit, originem traxerunt, *l. ult. ff.*
de Senat. Liv. lib. 1. Patres conscripti, qui, propter perspectam virtutem, in
locum demortuorū, & ita in antiquum Senatus ordinem sunt adsciti, adscripti,
& allecti: & Pedarii, inde dicti, quod vel sella curuli in curiam non veheren-
tur, sed, quia magistratum curulem nondum gessissent, pedibus iter face-
rent, vel, ut alii malunt, non voce suffragarentur, sed pedibus h. e. dices-
sione pedum, & taciti transirent in ejus sententiam cujus probabant, unde
Festo Pompejo referente, Ägipedes dicti sunt, quia pedaria sententia erat ca-
put sine lingua, de quibus scitissimè A Gellius *l. 3. no^t. attic. 18.* Hi omnes, sta-
tis vel indictis diebus, quia constat Senatum duplicem fuisse, legitimum, qui
certis diebus habebatur, unde dicitur fixa stataque concio, & indictum, qui
reliquis diebus, arbitrantibus illis, quibus jus vocandi Senatum erat, cog-
ebatur. *Cic. Phil. 1. Valent. Forst. in Hist. jur. civ. rom. l. 2. c. 83. n. 36. 53. & seqq.* in
Senatum, nisi excusentur, venire debebant. Per quos autem, more majorum,
Senatus haberet soleret? qui jus consulendi haberent? in quem locum Sena-
tus conveniret? quo tempore Senatus ageretur? quibus diebus haberet Sena-
tum? quis non esset? quæ res in Senatu cognoscendæ? & demum quot modis
fie-

fierent SCta? Ex Marco Varrone , qui, cum Ca. Pompejus, primum consulatum initurus foret, & per militiae tempora , Senatus habendi consulendiq; rerum etiam expers urbanarum fuit, commentarium fecit, quid facere, die cereque deberet , quum Senatum consuleret , refert A. Gell. l. 14. noct. att. c. 7. inter posteriores Scriptores autem idem argumentum curate tractant . Valent. Forst. d. l. Hotom. in tr. de Senatu & insignibus aliquot SC. Rosin. de antiquis rom. l. 7. c. 5. Franc. Conan. l. 1. Comment. c. 14. Greg. Thol. in Synt. Jur. Univ. l. 47. c. 25. & alii. Non tamen , ut antea dictum , cum populari statu romanorum , quando , dicente Tacito , l. 1. ann. c. 9. non aliud erat discordantis patriæ remedium , quam ut ab uno regeretur. & lib. l. Hist. pacis interfuit omnem potestatem ad unum transferri , adeoque per partes h. e. dissensionem partium , ac mutua dissidia , tam Senatus , quam populi , evenit , ut necesse esset reipublica per unum consuli , Pomp. in l. 2. S. 9. de O. Jur. omnis Senatus , Senatorum , aut Senatusconsultorum dignitas , plane defecit , aut abolita est. Ipse enim populus non ideo jus suum in Principem , per L. Regiam , transstulisse videtur , ut Romam , quod Senec. l. 5. de benef. c. 16. indigitat , salvam esse non potuisse crediderit , nisi beneficio servitutis , sed ut Princeps ad gubernationem juvandam , & Senatum sublevandum , in felicitatem reipb. publicè eligeretur. Quare Octav. Aug. Patris patriæ cognomen , universi repentina maximoque consensu detulerunt , idque , mandantibus cunctis , per Valerium Messalam Svet. in OEt. Aug. c. 58. imò ipse Tiberius Imp. inter maxima dominationis subsidia retulit , ut populi potentiam minutam iret , & jus Senatus , à quo nullum metuebat periculum , augeret . Tum primum , inquit Tacitus l. 1. ann. c. 15. è campo comitia ad patres translata sunt ; nam ad eam diem , & si potissima arbitrio principis , quadam tamen studiis Tribuum siebant . Neque populus ademptum jus questus est , nisi inani rumore . Et ut , brevitatis studio , reliquos romanorum Principes , qui magno honore Senatum romanum cumularunt , taceam , neq; superius adducta ad nauseam usq; repetam , Imperator Justinianus suos Codices & volumina juris Senatu inscripsit , uti ex Constat. Hæc quæ ; Constat. Cordi nobis : Constat. Tanta , & Constat. Dedit nobis : discere habemus.

Verum enim verò quamvis illa , quæ hactenus , ex principiis juris , & fide historicâ , prolata sunt , indubitatam vim apud plerosq; JCTos inveniant , & communī calculo adprobata censeantur : attamen non sunt obiter habenda , quæ Senatus auctoritati possunt opponi , & ipsum assertum Ulpiani , Pomponii & Imperatoris Justiniani ferè ambiguum reddunt , eò quod nunquam , vel in Statu populari , vel in Statu Monarchico , tanta fuerit potestas Senatus romani , ut potuerit , propriâ auctoritate , jus facere . Tum quia subtili verborum anti-

quitate servata, in statu populari Senatus censere, populus inbere, & plebes
sciscere dicitur l. iii. de V. S. ubi Ale. l. 20. §. 6. de Pet. her. adeoq; quæ majo-
ris momenti res, rata non erant, priusquam à populo adprobarentur, uti
contra assertum Pomponii, ex Halicarn. Livio, Plutarcho & Dion. Bachov.
ad §. 5. J. de J. N. G. & C. statuit, nisi Senatus illa, quæ ad jura populi pertine-
bant, usurpasset: Tum, ut alii volunt, quod post ejectos Reges, in quo ta-
men spatio temporis nec Pomponius in d. l. 2. nec Julianus in d. §. 5. fuerunt
occupati, Senatus duntaxat potestatem habuerit propriâ auctoritate jus face-
re, usq; ad legem Valeriam Publicolam, quæ à P. Valerio Pobl. Cosf. A. II. C.
244. lata, quæ data provocatio ad populum, & Tribunis facultas interceden-
di, Sutholt. dīß. i. th. 78. Hotom. ad d. l. Valer. Max. l. 4. c. 1. Tum quod ex
monumentis historiae romanæ hūt possit demonstrari, quo tempore, & per
quos potestatem condendi jura populus Senatui concesserit; Tum quia Augu-
stus, Tiberius & alii Imperatores, cùm summam Imperii occupassent, potius
solliciti fuerunt ut populo jus afferrent, quod ex consilio Tiberii satis appa-
ret; tum quia populus Romanus, quod ipse Ulpianus in l. 1. ff. de Consil. Princ.
fatetur, in Principem omnem potestatem pop. contulit; cùm nec opus fuisse
populi hic adhibere consensum, si ipse Senatus plenū rerum arbitrium habu-
isset: tum quia Principes Romani, uti ex callidissimo Augusti consilio Imperii
liquet, pariter populi & senatus jura in se transtulerunt, hinc Tacit. posito Tri-
umvirin nomine, Consulem se ferens, & ad tuendam plebem Tribunicio jure
contentum; ubi militem, in quo robur dominationis situm erat, donis, po-
pulum annonā, cunctos dulcedine otii pellexit; insurgere paulatim, munia-
Senatus, magistratum, legum in se trahere, nullo adversante, Nec quicquam
minus voluerunt quam populo libertatem & Senatui auctoritatem restituere,
tum quia non nisi convenientiā ac permisso Imperatorum SC. valuere, & ipse
Senatus ex arbitrio Principis duntaxat substituit, tum quia Senatus jura-
mento confirmavit, se facta Principum servaturum Dion. lib. 53. Tam quia
ipsi Imperatores ideo tertium quartumve consulatum sustinuerunt, ut suo
Imperio Senatum continerent. Nec videre mihi videor usq; adeo in glori-
am Senatus cessisse, quando Heliogabalus, oīnūm Imperatorum nequissi-
mus, senaculum mulierum seu matronarum, quod ridiculum, & illo nomine
indignum, instituit. Accedit quod legum ferendarum potestatem, ceu pro-
prium jus Principis, Imperator Justinianus sibi soli, tanquam Imperatori, ad-
scripsit. l. i. l. ult. C. de LL. proinde non nisi precariō eandem potestatem Se-
natui concessam intelligendum est. Quod inde maxime patet, quia Divus
Marcus, aliquie Cæsares, vel ipsi, vel per suos Questores, orationes ad Se-
natum habuerunt, ut, ad illorum jussum & mandatum, SCtum fieret l. 2. ff. de
Trans-

Transact. l. 20. §. 8. de Pet. her. l. pen. ad SC. Tertull. l. 1. §. 2. 4. ff. de off.
Quæst. Neque etiam omittendum, quod ipse Imper. Leo SCta in posterum
fieri vetuit Nov. 78. Et hodie, utar verbis Zafii in d. l. 9. de LL. non est po-
pulus rom. Romæ, sed colluvies hominum, cerdones, & proseucharii, quos
inter Baldo teste, Papa cerebrum & vertex est, qui Cardinalium habet Se-
natum, & qui ipsum Papam eligunt. ecclesia. 6. q. i. c. in nomine Domini dist:
23. nisi leve antiquitatis vestigium in eo, qui hodie Praetor Urbanus dicitur, re-
mansisse dixerimus. Cum autem nec instituti nostri, nec presentis program-
matis ratio permittat, ad hæc, quæ in detrimentum Senatus & SCtorum,
contra fidem Pomponii, Ulpiani, Triboniani & Justiniani Imperatoris,
& tot probatissimorum virorum, quorum auctoritas per multa secula valuit,
prolata sunt, exactè respondere, id tamen, ad eximendum præcipuum seru-
pulum, reponendum: (1) quod post ejectos reges summa potestas fuerit apud
binos Coss. & Senatum, usq; dum P. Valerius Public. collega Brutus mortuo,
L. Valeriam tulit, de quæ Val. Max. l. 4. c. 1. Liv. l. 2. Dionys. l. 5. Plut. in-
ejus vita. Et quod (2) ille Status libertatis, sub annuâ duorum Coss. admini-
stratione, per aliquot secula obtinuit. unde diligentissimus Onuphrius, ad
ann. 727. ex mente Taciti, libertatem & consulatum L. Brutus instituit, & ita
sub Coss. Roma annos CDLX. fuit. Nam quæ (3) extraordinaria imperia
interim vel admissa vel usurpata sunt, non sustulerunt ordinariam Consul-
lum & Senatus potestatem, uti de potestatib. illis loquitur Dion. l. 52. & ex
sententiâ Tac. 4 ann. 33. & 2. Hisb. 38 modo turbulentii tribuni, modo consules
prævalidi liquet. Nec (4) opus fuisset, cur populus contenderet cum Senatu,
vel plebs secederet, nisi maxima fuisset Senatus auctoritas, arg. l. 2. §. 24. 25.
ff. de O. f. nec (1) Pomponius, nec Tribonianus cum tot illustribus viris, sibi
adjunctis, illa scripsissent, nec Imperator Justinianus approbasset, nec ma-
ximinoriis scriptores, idem, ad nostra usq; lecula, pleno suo suffragio corro-
borassent, n. veritatis amore id fecissent. Minus autem Ulpianus in d. l. 9.
contra analogiam juris, vel historiæ veritatem, vel in sui Principis præjudici-
um quicquam scripsisse, sed illa duntaxat Senatus consulta respexisse intelligi-
tur, quæ vel ad Orationem Principis sunt promulgata, vel, si illis antiquiora,
ex Judicio Imper. potestatis, propter argumenti æquitatem, adprobata sunt.
Quæ inter haud postremum meretur locum, cui salus publica, securitas pa-
rentum, favor filiorum familiæ, & odium sceleratorum causam præbuic
Macedoniz inumque vocatur. Hujus enim prohibitorii seu interdicti juris
tanta est in republ. necessitas, ut etiam inter Karoli Magni & Ludovici Pii ca-
pitula seu leges referatur lib. 7. c. 225. in Cod. antiqu. LL. Lindenbrogi.
Proinde; Dominus JACOBUS Lembel juris utriusq; Candidatus Clarissi-

mus

mus, eundem juris articulum, ex abstruso jurisprudentie latifundio, doctissime elaboratum, loco Disputationis Inauguralis, publice velitationi sistere constituit, cum eximiam in jure peritiam, non tantum aliquoties publice, sed & praecepit in examine rigoroso, ab Ampl. nostro Collegio, cum illo nuper instituto, abunde demonstraverit. Natus autem eximus noster Candidatus est hic Rostochii, an. 1650. Patre viro Nobilissimo, Consultiss & Excellent. DN. HERMANNO Lembiten, Jcto & Profess. Codic. fulgidissimo, nec non civitatis hujus Syndico meritis. collega & amico nostro conjunctissimo: Matre autem feminâ omni virtutum decore leltissimâ ELISABETHA Schnitlers. Quoniam autem originè generis sui, senatoriâ ceterum dignitate nos apud, etiam post obitum, præclari, buc referre nec expedit nec expediat, cum propriâ virtute singularibus animi dotibus præfulgeat, id tantum in laudem ejus dicendum, quod, sepositis infantia annis, hoc cegerit semper, ne in lubricum adolescentia declinaret, neve per luxum atq; signaviam atatem consumeret. Prima autem juventa rudimentis adfuit Vir Clariß. D N. M. BLASIUS GRABIUS, Scholæ Urbicæ Rector, dum viveret, fidelissimus: Cum vero humanioris litteraturæ fundamenta probè posuisset, ipsa juris elementa Consultiss. & Excell. Viri, DN. D. JOHANNES MIZELIUS, juris Prof. Regiomont. & DN. D. JOHANNES HABERMANNUS, jur. Prof. Rost. inculcarunt. Hinc in Lipsiensem se contulit Academiam, & præter Excellentiss. SCHWENDORPHEROS & ECKHOLTUM, quos legentes & disputationes sedulò audivit, Nobilissimi DN. D. PAULI FRANCISCI ROMANI, JC. & Antecessoris Excellentissimi, cuius apud eum beneficiorum memoria sancta semper habetur, singularem amorem ex merito laudat. In Argentoraten sium etiam Academiâ ab Excellentiss. Dnn. Professoribus DN. REBHANIO, Facult. Seniore, Jcto famigeratiss. & amico nostro venerando, nec non Excell. DN. STOSSERO, BOCLERO, RICHELTO & aliis maximum sui favorem expertus est. Inde inspectâ Helvetiâ in Belgium se contulit, & que ibidem, in admiracionem usq;, magnifica sunt, perlustravit. Tandem ad nos reversus, non potuit non omnium favorem facile impetrare, quis è à bono honesto in pravum abstrahi nunquam est passus, sed suscepitum juris curriculum ex voto absolvit, spectatamve eruditionem publice privatimq;, præprimis in Disputatione de Pecuniâ Iusticâ, sub Präsidio Nobilissima Dn. RADOVII, Jcti & Collega nostri estimatisimi habitâ, scitè edocuit.

Cum itaque Disputationi huic Inaugurali 12. dies Septemb. sit præfinitus, ego, meo, & Ampl. Fac. nomine, Magnificum DN. Rectorem, omnesq;; litteratos, ad actus hujus solenniorem festivitatem, officia se & blandè compello.

P. P. sub sigillo Facultatis die VIII. Septemb. Anno 1672.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741508699/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741508699/phys_0011)






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn741508699/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn741508699/phys_0012)



fierent SCta? Ex Marco Varrone , quia latum initurus foret , & per militia tenet rerum etiam expers urbanarum fuit, cereque deberet , quum Senatum consuēt. 7. inter posteriores Scriptores autem Valent. Forst. d. l. Hotom. in tr. de Senatu antiq rom. l. 7. c. 5. Franc. Conan. l. 1. Jur. Univ. l. 47. c. 25. & alii. Non tam statu romanorum , quando , dicente Tacito scordantis patriæ remedium , quam ut interfuit omnem potestatcm ad unum dissensionem partium , ac mutua dissidii ut necesse esset reipublicæ per unum communis Senatus , Senatorum , aut Senatus aut abolita est. Ipse enim populus non Regiam , transstulisse videtur , ut Romanus girat , salvam esse non potuisse credidit Princeps ad gubernationem juvandam tatem reipb. publicè eligeretur. Quare universi repentina maximoque consensu cunctis , per Valerium Messalam Svet. Imp. inter maxima dominationis subsumptam iret , & jus Senatus , à quo nullum primum , inquit Tacitus l. 1. ann. collata sunt ; nam ad eam diem , & si poterit studiis Tribuum siebant. Neque inani rumore. Et ut brevitatis studi qui magno honore Senatum romanum adducta ad nauicam usq; repetam , Imperium lumina juris Senatu inscripsit , ut ei nobis : Confit. Tanta , & Confit. Dedit.

Verum enim verò quamvis illa , quæ storicā , prolata sunt , indubitatam vim a muni calculo adprobata censeantur : at Senatus auctoritati possunt opponi , & Imperatoris Justiniani ferè ambiguum Statu populari , vel in Stato Monarchico , ut potuerit , propriâ auctoritate , jus fac-



npejus , primum confusus habendi consulendi q; fecit , quid facere , dis. A. Gell. l. 14. noct. att. nrum curatē tractant. aliquot SC. Rosin. de 4. Greg. Thol. in Synt. dictum , cum populari . c. 9. non aliud erat di- ur. & lib. 1. Hist. pacis leoque per partes h. e. s , quām populi evenit , l. 2. S. 9. de O. Jur. ognitas , plane defecit , in Principem , per L. l. 5. de benef. c. 16. indi- cito servitutis , sed ut. ablevandum , in felici- tris patriæ cognomen , idquæ , mandantibus . 58. imò ipse Tiberius populi potentiam mi- periculum , augeret. nitia ad patres trans- principis , quadam ta- tum jus questus est , nisi omanorum Principes , taceam , neq; superius his suos Codices & vo- quæ ; Confit. Cordi habemus. incipiis juris , & fide hi- Ctos inveniant , & com- it obiter habenda , quæ a Ulpiani , Pomponii & od nunquam , vel in- testas Senatus romani , subtili verborum anti- quitate